

5.3 - *interventi del Capitolo 1243. - 1429. (c. 99.- 100.).***Ex Rotulo Pergameno Archivij Cap.Iris****1243. XII:mo exeunte Martio¹.***(quinto fascicolo - carta 99.)*

In Xp.i no.ie Amen. Anno D.ni Mill:mo ducent:mo, quadrag:mo tertio Ind:e p:ma die Veneris XII. exeunte Martio.

P.ntib.s Psb.ro Johan. Can:co Tarv.no, Mauritio ejusdem Eccl.iae Can:co, Psb.ro Joan. Fasella, Bonacursio, Mansionarijs praed:tae Canonicae, Jacobo Plebano de mott., Pasquale de Careda, et alijs.

Cum Psb.r Leonardus, qui dicitur Zolla, in Eccl.ia Majori de Tarvisio constitutus esset coram D.no Henrico Decano Can.cae Tarv.nae, ipse Decanus talem tulit sententiam in scriptis sic dicens, cum constet nobis Henrico Eccl.iae Tarvisinae Decano, et publicum sit, et notorium, quod tu Presbyter Leonardus, qui diceris Zola habens plebem S. Johannis de Tar. habentem curam animarum annexam², aliam similiter curam animarum annexam habentem, scilicet Plebem S. Pauli Cenetens. Dioecesis absq; dispensatione Sedis Ap.licae recepisti, et quia constat nobis similiter, et publicum est, et notorium, quia tu Albricum Diaconum vulnerasti, et captum Potestati Tarv. tradidisti, et insuper quosdam alios Clericos scilicet Presbyterum Bertholomeum, et Dominicum, et Jacobum Diaconum, coram ipso Potestate, et Officialibus etiam criminaliter accusasti, propter quae excommunicationis sententiam incurristi, et nihilominus praesumpsisti divina publicè officia celebrare, et quia constat nobis, et publicum est, et notorium, quod thesaurum Eccl.iae S. Johannis contra excommunicationem in Cap.lo generali p. Dominum Episcopum Tar. publicè latam sine licentia nostra, et Cap.li pignorasti, et postea similiter nihil hominus celebrasti;

Et quia publicum est, et notorium, te contra Beatam Mariam Virginem, et Sanctos alios contra excommunicationis sententiam similiter a dicto Domino E.po promulgatam linguam in blasphemiam publicè turpiter in ludo maxime saepius relaxasse: propter haec omnia suprad:ta, et alios plures excessus omnibus manifestos, Te praed:ta Eccl.ia Plebis S.ti Johannis privatum fore nunciamus, atque sententialiter privamus. praecipientes tibi, ut ex nunc ipsam Plebem, et administrationem ejus tam in temporalibus, quam in Spiritualibus penitus derelinquas; alioquin³ excommunicationis te vinculo inodamus.

Ego Hengelerius de Aunisto Egregij D.ni Federici II. Romanorum Imperatoris, Jerusalem. ac Siciliae Regis, Not:s, et ipsius Decani jussu scripsi.

G. de Montelongo Ap.licae Sedis legatus

Dilectis in Christo Fratribus, Archidiacono, et Capitulo Tarvisinis salutem in Domino.

Leonardo presbytero Mansionario Eccl.iae Tarvisinae accepimus intimante quod cum ipse ad eandem Eccl.iam quadam cdie pro celebrandis Divinis Officijs accessisset, Albricus Clericus cum quibusdam alijs complicitibus . . .

(- carta 99. tergo)

suis ausu temerario armata manu irruit in eundem, ad cujus clamores quidam in ejus auxilium occurrerunt, qui defendendo eundem, manus injecerunt in eundem Clericum violentas.

. . .

¹ *(in margine, a lato sinistro)* 1443. 20. Marzo

² *(come sopra)* Plebs S. Jo: Tar. habere dicitur curam Anim. annexam in instrum.to autem collationis Beneficii seu Prebende in Eccl.ia ipsa vacantis "facte a Corsio Decano A. D.ni 1326. indict. 9. die Sabbata 19. Mensis Iulii"; dicitur cum ecclesia S. Joh.is de Domo Parochialis Ecclesia non existat, sed ipsius eccl.ie Rectores usq. ad beneplacitum Decani et Capituli Tervisini curam habeant animarum etc. inter Membranas Archivi Canonorum selectas Acta Authentica etc. C. n:o I.

³ *(come sopra)* V. infra pag: 100. et 102. t.o et 175. t.o.

Quia vero idem L. ex hoc se timebat excommunicationis sententiam incurrisse ad praesentiam nostram accessit absolutionis beneficium petiturus. Cum autem praefatum Psb.rum ab hu.moi sententia absolvi fecerimus, ad cautelam Universitati vestrae, qua fungimur aucte mandamus, quatenus ipsum hac occasione tamquam excommunicatum deinceps nullatenus evitetis.

Datum Mediolani II. Idus Febraurij.

In Xp.i no.ie Amen⁴. Haec est quaedam sententia privationis, et declarationis privationis beneficiorum infrascriptorum infr.ti Presbyteri Johannis de Nerula qui se de Roma vacabat, et vocari faciebat, lata et data p. Cap.lum Eccl.iae Tarv., ipso Cap.lo in p.ntia infrascriptorum Testium, et mei Notarij Infr.ti congregato, in quo Cap.lo interfuerunt Venerabiles Viri D.ni Johannes Delphino de Venetijs, Jacobus a Caballis de Tarv., Petrus Benedictus de Tarv., Odoricus de Vonico, Petrus Rubeus de Tarv., et Amadaeus de Valledobladinis, omnes Can.ci in Sacris ordinib.s constituti, absente tamen D.no Johanne de Armano, qui in hoc vocem dictis Can.cis dedit, et habente vocem in Cap.lo, cum nullus alius in Diocesi Tarvisina sit, qui ad dictum Cap.lum debeat convocari.

Cum aliàs D.nus Psb.r Johannes de Nerula vocatus de Roma ad praesentationem venerabilis, et egregij Viri D.ni Johannis de Mutonibus p. Cap.lum praelibatum fuisset investitus de medietate Plebis S:ti Johannis Bap.tae ad Cap.lum praefatum pleno jure immediate spectantis, et ipse Psb.r Johannes secundum formam statutorum juraverit obbedientiam, et reverentiam D.no Decano, et Cap.lo praelibato, et ea facere, quae in ipso Statuto continentur, subsequenter p. providos viros D. Gastaldiones Scolae S:tae Mariae de Battutis de Tarvisio Patronos cujusdem Praebendae Capellaniae creatae p. q.m bonae Memoriae D.num Psb.rum Nicolaum de Petrarubea olim Thexaurarium dictae Eccl.iae Tarv.nae, et p. D.nas Antoniam, et Catharinam Sorores, amitas dicti D.ni Psb:ri Nicolai, fuit dictus Psb.r Johannes dicto Cap.lo p.ntatus, et admissus ad dictam Capellaniam Praebendam, et p. dictum Cap.lum actualiter investitus de eadem, et iterum idem Psb.r Johannes juraverit dicto Cap.lo praestare obbedientiam, et reverentiam debitam, et devotam, et quae continentur in Statutis, et promiserit Eccl.iae Tarv.nae servire personalitèr in divinis Officijs, et maximè attento etiam circha curam animarum dictae Eccl.iae in confessionum audientia, et pluries se absentaverit ab eadem . . . per

(quinto fascicolo - carta 100.)

per longa tempora, et specialiter in mill:mo quadrigent:mo, viges.mo nono de Mense Aprilis in principio, dictus Psb.r Johannes iterato volens se absentare a dicto Cap.lo petivit licentiam se absentandi, et eundi Romam⁵ per tres Menses, et fuerit eidem Psb.ro Johanni dicta licentia totaliter denegata ex causis, ne dicta Plebs S. Johannis, quae Baptismalis exstitit, pateretur p. ipsius absentiam defectum in Sacram:to Baptismatis conferendo, quae toti civitati, et villis circumstantib.s, et suburbiorum⁶ in eodem deservire tenetur, et similitèr ne animae Parrochianorum Eccl.iae Tarv:nae, ad cujus curam specialiter erat deputatus defectum paterentur, et jacturam; ipse tamen praemissis minimè consideratis, contra voluntatem dicti Cap.li se absentavit ultra tres menses, et quia constat dicto Cap.lo ex relatione facta p. praefatos D.nos Gastaldiones, quod ipse Psb.r Johannes dictis Gastaldonib.s dixit, vado Romam, deprecor vos expectate me p. menses tres, et si non rediero detis Praebendam vestram cui vobis placet; et quod pejus est, quia dicto Cap.lo constat relatione veridica plurium virorum venerabilium, praefatum Psb.rum Johannem immemorem beneficiorum receptorum a dicto Cap.lo, et Sacram.ti obbedientiae, et reverentiae praestiti, scientèr, et appensatè in Contraddictorio Judicio fuit Procurator contra ipsum Cap.lum defendentem, et tuentem jura, et jurisdictiones dicti Cap.li, . . .

⁴ (a lato, in margine sinistro) 1429. 19. Luglio.

⁵ (come sopra) V. infra pag. 124. n. margin.

⁶ (come sopra) Eccl.ia S. Jo: Baptismalis Civitatis, et suburbiorum.

quas Rev:dus in Xp.o Pater D.nus D. Johannes Benedicto praesens E.pus, et Antistes conatur usurpare sibi, et non solum procuravit, quin immo maledixit dicto Cap.lo in Comuni, et de singulis Decano, et Canonicis singulariter, propter quod non dubium perjurium incurrit, et plurib.s alijs occasionib.s, quae pro honestate tacentur, p. eum commissis, et perpetratis.

Idcircho Nos Johannes Delphino antiquior Can.cus in absentiam D.ni Johannis de Mutonibus Decani N.ri, de consensu, et voluntate totius Cap.li praelibati, sedentes pro Tribunali in Sacristia Eccl.iae Tarvisij, Christi nomine invocato, cum obbedientia magis placet quam victima, considerantes innobedientiam praefati Psb.ri Johannis, qui sine licentia, immo denegata recessit, et se hostem dicti Cap.li constituit, considerato Statuto n.ro, et ponatur hic tenor Statuti, et consideratis constitutionib.s tam Synodalib.s, quam Patriarchalib.s, quae continent, quod absentantes se p. unum mensem a suis beneficijs, sint ipso facto privati (et ponantur hic tenores dictarum constitutionum) considerantes etiam, quod nos ne dum per unum mensem, sed p. dies decem ultra tres menses de nostra humanitate, ne dicta pars Plebis patiatur defectum, et dicta Eccl.ia Tarvisina propter poenitentias, et alia . . .

(- carta 100. tergo)

sacra, et officia jacturam sentiat, ipsum Psb.rum Joh. privamus dictis beneficijs medietatis S:ti Joh: Baptistae, et Praebendae Capellaniae de Domo privatum pronunciamus, sive privatum denunciamus omni meliori modo, jure, et forma, quib.s melius possumus, et debemus judicantes fructus dictorum duorum Beneficiorum pro rata, vid:t pro 4:ta parte anni maximè pro eo tempore, quo fuit absens in fabricam S:ti Joh. Bap.tae, et Eccl.iae Tarv.nae ponantur, et convertantur realiter⁷.

Lata data, et in his scriptis finaliter promulgata fuit, suprasc:ta s.ntia p. suprascriptum D.num Joh. Delphino majorem Can.cum de voluntate, et praesentia Cap.li Eccl.iae Tar. ut supra, et lecta, et publicata p. me Fran:cum de Farra Not:rimum ipsius Cap.li de mandato dicti D.ni Joh., et Cap.li Tarvisini in Sacristia Eccl.iae Tarv.nae.

Anno nat. D.ni 1429. Ind: supra:ta die Martis XIX. Mensis Julij.

P.ntib.s Venerab. Viris D.nis Psb.ro Nicolao filio Ser Pauli de Montona Mans.rio in dicta Eccl.ia, Psb.ro Christoforo q:m Fran:ci de Fontanis, Praeben:to in eadem Eccl.ia, Psb.ro Petro Longo Filio mg. Sacobelli Sartoris, Mans.rio ipsius Eccl.iae. Psb.ro Blaxio q:m Benvenuti de Prata Praebendato in ipsa Eccl.ia, et alijs etc.

Ego Franciscus filius Ser Bartholomaei de Benevillanis de Farra pubb:cus Imp.li auc.te Not. Civis, et habitator Tarvisij, et Not:rarius Cap.li Eccl.iae Tarv:nae praedictis interfui, et de mand:to dicti D.ni Joh: Delphino, et Cap.li antedicti, et rogatus scripsi, et publicavi etc:

⁷ (*a lato, in margine sinistro*) in lib. L. Arch. Cap.Iris p.31. ubi haec eadem sententia reperitur; Haec addita sunt post verbum "realiter".

Et licet sui procuratores alegaverint ipsum Presbyt. Johannem habuisse gratiam si absentandi per triennium; nihilominus nunquam apparuit: nec praedicta gratia praesentata fuit.